Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Ad Hyperbus Flandrus, gener Caroli, quo consultore, atque fautore is victoriam nactus fuerat, memor rerum humanarum, pacem ineundam, atque adolescentulos aetatis indolis haud dubie omnium nobilissimos, Augustorum prolem, affinitatis vinculo conciliandos esse Carolo suadebat, atque Conrado Caroli filiam, Friderico neptem ex sorore destinabat. Brunner Annal. Boic. l. 14. Vide infra Add. 28.

24) Raynaldus Annal. eccl. f. ad an. 1268: Porro Conradinum et socios apud sacerdotem crimina expiasse testatur hisce verbis Nangius: „Antequam eos secuit victoris gladius, juxta quandam capellulam missam pro animabus suis, secundum morem Christianae religionis, propriis auritus audiverant, indulto etiam sibi satis crimina confitendi. Quibus Siffridus consentanea historia sua consignavit: „Capitalem, inquit, sententiam acceperunt, prius tamen confessione facta.“

25) Collenuccius l. 4: Pronuntiata iam sententia, Conradinus, uti Neapolitanus quidam Jurisconsultus testatur, ad Protonotarium conversus: Serve nequissime, inquit, serve nequissime, itane Regis filium damnasti? an nescis, neminem in eum qui sibi par est, imperium habere? deinde negavit, se ullam Ecclesiae iniuriam unquam inferre voluisse, sed regnum id tantum occupare, quod sibi decretum, et iniquissime fuisset derogatum: ac deperire mortem suam a matris familia, suis Germanis, Bavaria Ducibus caeterisque cognatis minime latam iri inultam; quibus dictis chirothecam ex altera manu tractam veluti signum legationis, versus populum proiecit, et asseruit heredem se instituere Federicum Castellanum, amite suae filium: atque hoc Chirotheca, uti testatur Pius Pontifex (Aeneas Silvius) enuncio ac Petro Arragonico postea allata fuit. Quibus peractis amputatum caput est primum quidem Austria Ducis: Conradinus vero id, quod etiam amputatum, bis Maria nomen inclamasse dicitur, complectens osculatus est, et pectori suo admovens infortunium deplorabat, ac se ipsum accusabat, quod illum ex matrem complexu quodam modo abstractum in tantas angustias ferum adduxisset, et illius interitus causa extitisset. Tum flexis genubus, dum debitorum remissionem a Deo peteret, ei collum percutitur, ac postilla Ottam Girardo Nurmaisi comiti. Sed ministro, qui Conradino caput amputarat, alter statim praeparatus fuit, qui ei ceruicem ibidem secuit: ne unquam posset gloriari, se illius sanguinem fudisse, qui e tanta familia natus fuisset.

26) Vide Add. 25. De infami caede Conradini cum tanta crudelitatis nausea scribunt omnes Auctores, quicunque hac de re mentionem facere possunt. [Circa annum necis patratae non conveniunt.] Hagenus Chron. Aust. Da hat der Kay. Ottacker (sein Bohemia) dem Karlsoffen kain Gleich sein Dotschaft, domiter dester baz machet bekerten Osterreich, das er nicht liez Eben Chunig Chunradin. Da also geschach:

(an Petrum Aragonium?)

[Leobiensis Anonymus ad an. 1267: Karolus revectus Neapolim, Chunradinum, Fridericum, Gerhardum Pfannum, nobilem virum de Knerneis, ita ut essent undecim clari et magni nominis viri, hyeme statuto in medio urbis et pugna praeterit decollari, spectantibus omnibus, qui adeant ad hoc spectaculum tam grande. Chunradinus amputatus et decollatus Fridrici caput horribiliter ejulans, chirotheca in aera projecta, omne jus, quod in regno Siciliae habuit Aspulia, Petro Regi Aragoniae, et filiis Petri filius suis Petro et Fridrico per quendam militem proximis consanguineis destinavit suamque, sodalium que suorum mortem innoxiam exquirendam in examine districtissimi judicis commendavit.

] Hemerlus Chron. c. 33, anno 1266 in factum scribit, uti et ejus epitomator